In illâ promissione jurejurando persanctè confirmata, duo videntur obscure contineri, quæ nunc clarior atque distinctior Jonathas explicat et evolvit. Alterum est, si fidem præstiterit religiosè interpositam, ut David, cum ad regnum parentis sui loco pervenerit, ipsum, quamdiu vixerit, amicè complectatur, et Dei in illum misericordiam exerceat, id est, magnam: nam quæ magna sunt, illa Dei esse dicuntur, ut montes Dei, cedri Dei; aut certè, quia Dei est misericordia propria inimicis quoque suis benefacere, et ubi se ad illius clementiam supplices adjoecerint, amanter amplecti: quòd si ipse vitâ functus fuerit, eundem cum posteris animum et misericordiam servet. Alterum est, si fidem fefellerit, quam nunc tam aretis benevolentia ac religionis vinculis astringit, habeat inimicorum numero ac loco, neque de illo ac suis leviores capiat pœnas, quam de aliis, à quibus capitali dissidet odio, et quos maximè jactatos et extinctos cupit. Hoc posterius significat obscurius; sed nulla meo judio informari potest explicatio commodior.

VERS. 15. — QUANDO ERADICAVERIT DOMINUS INIMICOS DAVID UNUMQUEQUE DE TERRA, AUFERAT JONATHAS DE DOMO SUA, ET REQUIRAT DOMINUS DE MANIBUS INIMICORUM DAVID. PERGIT IGER JONATHAS PŒDUS CUM DOMO DAVID, ET REQUISIVIT DOMINUS DE MANU INIMICORUM DAVID. Hic locus valè est impeditus et dubius, in quo multa sunt addita à Vulgato, quæ in Hebraico textu, rere videntur. Quare interpretatio Vulgate retinenda est.

Si je t'is, vous me traiterez avec la bonté que le Seigneur demande. Jonathas parle à David comme prévoyant qu'il devait être roi au lieu de son père, et il le prie, quand ce temps sera venu, d'avoir de la bonté pour lui. On voit en Jonathas et en Saül deux caractères d'esprit bien différents. Ils voient l'un et l'autre que David doit être roi. Jonathas est intéressé en cela autant et plus que Saül, comme on l'a marqué auparavant. Cependant Saül s'opiniâtre à résister à Dieu, et il lui déclare la guerre en quelque sorte, en s'efforçant de perdre celui que Dieu avait choisi lui-même, et qu'il avait rendu digne de commander à son peuple. Jonathas, au contraire, à qui l'ambition naturelle devait imprimer les mêmes sentiments, et qui pouvait abuser de la confiance que David avait en son amitié, pour se défaire de celui qu'il savait devoir régner en sa place, bien loin d'avoir ces pensées, celle à Dieu, se soumet à ses ordres, et honore déjà celui qui est roi devant ses yeux, quoiqu'il ne le soit pas encore aux yeux des hommes. Il ne lui demande pas même d'être dans les premières dignités de son royaume. Il se contente de le prier d'avoir de la bonne volonté pour lui. Il oublie tout ce qu'il est, et il le voit en esprit ce que David devait être.

(Sacy.)

quem nunc habemus, non inventiuntur. Ut autem aliquantulum lucis capiat obscuritas hujus loci, addamus hic oportet textum Hebraicum, unde apparebit, quid illi Latinus addiderit, magisque de vero sensu, quem continet Vulgata translatio, constat. Hebraicus igitur textus sic habet, quemadmodum illum Pagninus convertit: *Sed etiam non abscondes misericordiam tuam à domo meâ usque in seculum, nec cum absiderit Dominus inimicos David unumquemque è superficie terræ.* Eodem modo reddidit in Commentario Vatablus et Chaldaeus, et Hispanica translatio antiquissima, quæ sic legit: *E que no cartaras tu mereced de mi casa para siempre ni quando cortar e senor los enemigos de David cada uno de sobre la faz de la tierra.* Hæc aliquid, licet paulo obscurius, Septuaginta translatio. Neque abluunt aliquot codices Vulgati, inter quos sunt Complutenses et Regii, qui ita legunt: *Non auferes misericordiam à domo meâ neque in sempiternum, quando eradicaerit Dominus inimicos David unumquemque de terrâ.* Juxta hæc, sensus dillicilis non est. Petit enim Jonathas à David, quem regnaturum putat, ut sui suæque familie miseretur, etiam dum Deus hostes suos illius subiciat potestati, et de terrâ tollat, quod futurum sperat; in quibus ipsum quoque intelligit parentem Saulem, quo nullum habuit David duriorum inimicum.

Sed Vulgata translatio aliter habet, et nunc à Syxto correctæ magis probat; cum quæ facti Cajetani et Tigurina translatio, quæ licet paulo aliter, in eandem tamen sententiam conveniunt; neque illam deserere illo modo licet, in hostium tuorum numero haberi volo, neque recuso illa subire, quæ tu subactis hostibus inferre volueris, sive rerum jacturam, sive honoris ac vite dispendia. In hæc sententiam explicat Abulensis. Age, jam ad hæc cogitationem verba textus accommodemus.

QUANDO ERADICAVERIT DOMINUS INIMICOS DAVID UNUMQUEQUE DE TERRA, AUFERAT JONATHAS DE DOMO SUA. Hinc incipit nova clausula. Quando ab inimicis David debitas Dominus exegerit pœnas; et illi (tanquam de terrâ plantæ eradicatæ, quæ continuo moriuntur et arcescunt) de terrâ, id est, de vitâ, quam cum hominibus in terris agunt, auferantur, ego quoque auferar de terrâ, et de familia meâ; ita ut nunc nemo filiorum in domo, qui mei memoriam sustentet et renovet.

ET REQUIRAT DOMINUS DE MANU INIMICORUM DAVID. Eadem videtur iterata sententia, paulùm saltem immutata. *Requirere de manu alienius*, idem est, quòd vindictam sumere de illo qui nobis injurius, aut inimicus est. Genes. 9, v. 5: *Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum*; id est, ulciscar. Paralip. 2, cap. 24, v. 22, cum ultionem imprecaretur Zacharias his à quibus occidebatur, dixit: *Videat Dominus, et requirat.* Quasi dicat Jonathas: Cum à tuis hostibus, ô David, pœnas exigat illatæ injuriæ, ille quoque à me erigat pœnas violatæ fidei. Sed videtur hic optare Jonathas, ut Deus Davidis ulciscatur injurias, et talia Davidis referat hostibus, quæ illa ipsi detrimenta Davidi molebantur. Quasi dicat: *Atque utinam ita contingat, ut inimicorum tuorum sine violenta, sive fraudulenta consilia impunita non sint.* Hanc ego explicationem germanam puto, quam nostris, id est, christianis interpretibus communem dicit esse Lira; adducit tamen aliam, quam placuisse docet Hebraeis, quæ huic nostræ videtur omnino contraria, quam etiam hoc loco probat Cajetanus. Putant enim hoc pactum sic esse in gratiam Davidis conceptum à Jonathâ, ut etiam sibi ac familie suæ Jonathas caveat, ne quid David, postquam ad regnum nomen ascenderit, ipsi, aut ipsis posteris mali moliat. Et ita hunc locum exponunt: *Requirat Dominus de manu inimicorum David.* Sicut mihi (verba sunt Jonathæ) omnia adversa imprecor, nisi Davidi saluti fideliter caverò, sic de Davide Dominus vindictam sumat, nisi mihi quoque atque familie mee fideliter caveat. Dicunt autem inimicos Davidis suum pro ipso Davide, per euphemismum, quæ figura ab aliquo vocem illam submovet, quæ aliquod sonat durum et infantum; quomodo à Deo removemus maledictionis verbum, et pro illo id quod laudem aut benedictionem significat, adhibemus. Sic Naboth accusatur, quòd Deo benedixerit, et tamen arguebatur in Deum jactatæ blasphemie, lib. 3 Reg. cap. 21, v. 15. Sic ergo ut verbum durum et imprecatorium à Davide removeret Jonathas, ad hostes rejecit, cum tamen in illis Davidem intelligeret. Exemplasunt apta e ipsâ quotidiani sermonis consuetudine desumpta. Cum furoris impatientes alicui maledicere volumus, cum illum amamus, aut alias ob causas observamus et colimus, aliquid ab illo alienum, et tibi longè dissimile nominamus, licet execratorum verba in illum primum impotenter eruperint. Irascens amico et dicturus

eras: *Male sit tibi*, et cum amicum esse cogites, cohibes indignatum animum et jam erumpentem vocem, et dicis: *O male sit illi, qui tibi male cupiunt.* Vel quod magis est Hispanis in eo ardore familiare: *O male sit diabolo.* Imò interdum ne amicos, in quos videamur indignari offendamus, in caput nostrum diras et maledicta occurrentibus, quæ in illos imprudenter, aut effervescente furore jactavimus. Sic Tibullus lib. 1, eleg. 11:

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,

Ignoscas: capiti sint, precor, illa meo.

Seneca lib. 4 de Beneficiis cap. 21, ait Mamarcum quemdam, cum Bollionem liberiori quodam verbo amare perstrinxisset, illum his verbis voluisse sibi reddere benevolam: *Quidquid mali dixi, mihi et capiti meo.* Plura apud profanos occurrent exempla. Vide Brissonium lib. 1 Formularum.

Sed est exemplum, quod hæc sententiam optimè confirmat, ubi ea desunt verba et eadem persona, infra, cap. 25, v. 22: *Hæc faciat Deus inimicus David, et hæc addat, ut cum David aliquid sibi imprecaretur mali, nisi grave de Nabal supplicium sumeret, pro seipso, boni, ut reor, omnis gratiâ, inimicos adhibuit, nempe quod ipsi maxime erat contrarium. Sicut locis supra citatis, ne maledictio eam divino nomine jungeretur, adjuncta est benedictio, quæ maledictioni est omnino contraria. Addunt Hebræi, vim hujus execrationis expertum esse in suo genere Davidem. Cum enim Miphiboseth Jonathæ filio dimidium honorum partem ademisset, lib. 2 Reg. cap. 49, in pœnas violati foderis Deus regnum divisit, quod ereptum è Roboam nepoti suo, transiit ad Jeroboam. De quo suo loco paulo accuratius.*

Hæc Hebræorum explicatio mihi non omnino videtur abs re; sed placet illa magis, quam superius adduxi. Quod probat alia, de quibus statim, quæ non bene cum hæc explicatione coherant. Non enim convenit cum ingenio liberati Jonathæ, et cum amore quo illum quasi seipsum diligebat, ut illi aliquid precaretur grave, etiamsi pactis non stetisset, quæ tunc studebat cum illo componere. Neque Davidis eo tempore afflictæ conditio, qui à regno tanto studio quærebatur ad cadem, patiebatur, ut severè aliquâ adjuratione Davidem urgeret et astringeret. Huc facit, quòd statim subditur. De loco 1 Reg. cap. 25, dicemus, cum eò ventum fuerit, neque deest tibi, ut opinor, accomodata responsio. Vide interim Abulen-

sem q. 24, ubi hanc Hebræorum sententiam optime confutat (1).

VERS. 17. — ET ADDIDIT JONATHAS DEJERARE DAVID, EŒ QUŒD DILIGERET EUM. Cupiebat Jonathas Davidis animum ab omni sollicitudine et metu liberare, et ut de se omnia speraret fidei et amoris officia. Atque ideò cum omnia jam promississet prolixè, quæ ad illius incolomitatem pertinerent, illud etiã adjecit, quod in ingenis Deique timentibus animis plurimum habet momenti; nempe sibi omnia imprecaretur infausta, nisi pacta atque promissa liberaret. Id enim valet *dejerare*, quasi à se juramento et excretionem, quæ juramenti apud Hebræos abesse non solet, honorem omnem et bonam fortunam ejurare et expelleret. Hoc autem iteratim sæpè, quia de sua benevolentia ac fide Davidem dubitare ferebat molestè; neque amor, quo illum prosequebatur, permettebat, ne quid sincerè hærere in illius animo, quod illius pacem et quietem turbaret.

VERS. 18. — CRAS CALENDÆ SUNT, ET REQUIRENTIS; REQUIRETUR ENIM SESSIO TUA USQUE PERRENDIE. In calendis, seu neomeniis, ut diximus, amici atque cognati sese vicissim invitabant. Quam consuetudinem videnter ipsi quoque reges obisse, ut locus hic indicat. Calendis autem alter adjiciebatur dies, qui licet esset non ita celebris, tamen in eo interdum communi ac generali epulo, sese amici familiariter excipiebant. Unde dicit Jonathas, duobus diebus Davidem esse requirendum, cum vacuus appareat in triclinio locus, ubi de more David sedere consueverat. Locus autem ille fuit tertius à rege: ut enim constat infra, v. 25, Jonathas et Abner ad latus consedere Saulis. Post horum alterum accubuit, ut apparet, David. Neque ratio deficit, cur illis prior locus assignari debuisset. Nam Jonathas filius erat regis, et multo ante quam David constitutus à rege chiliarchus, ut constat cap. 15, v. 2. Abner toti præerat exercitui, et erat Saulis cognatione proximus, frater nempe patrulis.

(1) VERS. 16. — PEPIGIT ERGO JONATHAS FORDES CUM DOMO DAVIDIS, ET REQUISIVIT DOMINUS DE MANU INIMICORUM DAVID. Saul ceterique adversarii Davidis suo quisque tempore penas dederunt, fœdusque Davidem impletum est. Sunt qui Hebræum ita exponant: *Iniit fœdus cum Davide Jonathas, et adjurantis more adjecit: Pœnit Dominus adversarios Davidis. Alter: Ambo amici mutuum sibi fidem jurârunt, atque extremò omnia imprecati sunt eis qui mole essent in Davidem animo.* (Calmet.)

An Saul cum suis convivis accubuerit, asederitve, incertum est: neque eã de re video à quoquam esse disceptatum; neque ego quid certò definire possim, quidquam exploratum habeo. Tantum dico, licet Hebræi ante ingressum filiorum Israel in Ægyptum assidere potius mensæ soliti fuerint, quàm accumbere, ut docet Philo Judæus lib. de Joseph, dum explicat illud Genes. 45: *Sederunt coram eo, primogenitus juxta primogenita sua;* tamen non multo post ex Ægyptiorum consuetudine triclinia construxerunt et lectulos, ubi gentium more discumberent. Cujus Exod. cap. 12, extant non obscura vestigia, dum Deus formam præscribit agni paschalis comedendi, illi contrariam consuetudini, quam ex Ægyptiã contagione contraxerant. Jubet enim, ut agnum comedant festinanter, non per olivum et luxum cubantes in triclinari, seu discubitorio lectulo, et accingant renes, et calceamenta habeant in pedibus. Quia nimirum ante discincti, et cubantes, et sine soleis comedebant, ex gentiliis veteri sive disciplinã, sive mollietate et luxu. Sanè Hebræos in lectulis sub hæc tempora solitos esse discumbere, docet Amos c. 6, et Ezechiel cap. 25, ubi nos eã de re aliquid, et plura ad illud Cant. 1: *Cum esset rex in accubitu suo.* Ubi accubitum lectulum esse diximus triclinarem. Ego eò magis inclino, quia vox Hebræica, pro quã Vulgatus reddidit *sessionem*, et postea v. 25, *cathedram*, ubi agit de sede Saul in eo convivio, est *וַיִּשְׁבּוּ מוֹסָבִים*: quæ vox *sessionem*, non cubationem aut accubitum importat. Item quia cathedra Saulis dicitur fuisse juxta parietem, quæ instratæ mensæ dispositio magis assidentium quàm accubantium ordinem ostendit.

VERS. 19. — (1) IN DIE, IN QUÀ OPERARI LICET. Hæc verba dicta sunt à Jonathã pridie calendarum, ut constat. Cur verò tam urgeat Jonathas, ut quamprimum David ad locum illum secedat, ubi opportunum habeat latendi locum, ipse rationem reddit, quia dies ille, qui proximè

(1) REQUIRETUR SESSIO TUA USQUE PERRENDIE. Hebræus vulgò aliter dividitur; vers. 18: *Vistabitur tua sessio; vers. 19: Et tertiò die descendes velox;* locus tuus vacuus apparebit, et primã die animadvertetur; sed tertiò die hæc ad locum conductum venies. Vertunt alii: *Locus tuus vacuus cernetur; veni igitur post tres dies; tertiò die statim veni.* Syriacus et Arabs: *Horã tertiã instanter postuleris ad mensam; quaeretur ubi es: venies igitur promptè. Veni singulis tribus diebus; si nihil ego effecero cras, alterã tandem die regis animum vincam; veni igitur singulis tridui diebus, ne forte tibi desin.* (Calmet.)

calendarum antecessit, solemnitas non erat; atque ideò cum lex ab illo nullum opus servile prohiberet, poterat tantum viã ambulando conficere, quantum sabbati aut diei festi religio permitteret. Unde duo colligo, meo judicio necessariò. AMERUM est, contra quàm nonnulli existimant, primum diem mensis esse solemnem, neque illo posse servile aliquod opus exerceri. Id omninò docet Jonathas dum monet Hebræos atque urget, ut eo die, in quo operari licet, secedat in agrum, ad lapidem Ezel; tantum verò spatium in die festo confici non poterat. Quare non probo quod dixit Abulensis in cap. 28 Numer. v. 18, ubi docet, offerri quidem in neomeniis quædam sacrificia, non tamen homines cogi, ut à servili abstineant ministerio. Cui subscribunt Ribera lib. 5 de Templo cap. 2, et Cornelius à Lapide in cap. 28 Numer. v. 10. Sed quo tempore hæc tradidit Abulensis, nondum viderat quid hoc loco doceret Scriptura, atque ideò hic contrarium omninò tenuit q. 24, sub finem, et latius q. 9, ubi docet his diebus vacandum esse ab opere servili, non tamen Dei præcepto, sed ex speciali populi devotione ac voto. Quod item tenuit Augustinus ab Abulensi citatus Numer. 28, qui tamen locum, unde sumpserit, silet, neque ego invenire potui. Ait igitur (ut verba sumam ab Abulense) Augustinus: *Melius faceret Judæi mulieres, si in neomeniis venent, quàm in his impudicè saltarent.* Et quidem quæ de neomeniis habemus in Scripturã, ejusmodi sunt, ut facillè probent celeberrimum esse diem et illi negandum non esse, quod diebus aliis solemnibus religio concedit, nempe ut à servili ministerio vacet. Ps. 80, v. 4: *Buccinate in neomeniã tubò, in insigni die solemnitate vestra: quia præceptum in Israel est.* Observo illud, quia præceptum.

Sed est quod huic sententiæ vehementer incommodet, quodque alios in contrariam cogitationem impulsi, quòd cum festa numerarentur omnia Levit. cap. 23, non tamen eo loco audiret neomeniarum aut calendarum nomen. At prius antecesserat v. 4: *Hæc sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis.* Ex hæc salebrã facillè se extricat Abulensis, dum dicit hoc festum non esse institutum à Deo, sed introductum populi devotione. Sed hæc verba, quæ sine dubio referunt, quæ subsequuntur, solùm ostendunt festa, quæ semel in anno celebrari jubentur, ut facillè quisvis medioeriter attentus intelliget. De his verò, quæ sæpè, singulis mensibus aut

hebdomadibus legitime redeunt, nullus sermo. Unde cum sabbata celeberrima sint festa, quia sæpè iterantur in anno, post illa verba non numerantur. At dices, paulò ante sabbati factam esse mentionem, quod ego non nego: non tamen ideò puto nostram valdè debilitari sententiam, quia ad universalem illam clausulam, non erat aliquid, quod neomeniarum recordari cogeret: ast post illam ea tantum numerantur festa, quæ semel certis anni temporibus repetuntur. Sed habemus aliquid in Scripturã fundamentum, unde existimare possumus in neomeniis nullum esse locum servili ministerio. Tum quia sæpè sabbata cum neomeniis, sive calendaris conjunguntur, quæ magno apud Hebræos in honore sunt. Tum quia licet paulò obscuris ipsius invenimus Numer. cap. 29, v. 1, ubi numerantur dies omnes festivi, qui mense septembris celebrantur, qui sanè plurimi sunt, et incipit à die primo mensis, qui non aliam ob causam solemnem esse dicitur et venerabilis, nisi quia dies Clangoris et Tubarum est. In neomeniis autem, et calendaris præceptum esse, ut clangor tubarum resonaret, nuper ex Psalmo 30 audivimus; et Numer. 10, v. 10, ubi tempus definitur, quando clangendum est tubis: *Si quando habebitis epulum, et dies festos, et calendaris, canetis tubis super holocaustis, etc.;* dies autem festos hic illos intelligi, qui semel celebrantur in anno.

Colligo ex hoc loco secundò, lapidem illum, ad quem missus est à Jonathã David, ut ibi tamdiù lateret quamdiu de Saulis animo nihil haberet exploratum, longius abesse urbe, tanto videlicet spatio, quantum in die sabbati, id est, in die festo percurrì non possit. Ideò enim admonuit Jonathas, ut locum illum adiret David, eo die, in quo locum servili negotio permitteret religio. Hæc verò sabbatino progressu mille confici passus sinebat, ut est communis Hebræorum opinio. Ego aliquid amplius arbitror à lege seu consuetudine permissi, ut pluribus docui in Commentariis super Acta ad illud cap. 1: *Sabbati habens iter.*

CUI NOMEN EST EZEL. Loca aliqùã nota insignia, certis etiã solent notari nominibus, ut vidimus supra, cap. 14, v. 4, ubi dux dicuntur esse petra, quarum altera dicebatur *Bones* altera *Senes*, quæ, ut arbitror, non longè aberant ab *Ezel*, de quã modò, quia omnes erant juxta Gaba Benjamin, ubi tunc agebat Saul. Ex nomine *Ezel* conjectant aliqui, in quibus est Lyra, lapidem illum esse ambulatorem; id est, quòd viam ostenderet iter agentibus

quales fortassé sunt, qui lapides dicuntur *Mercurii*, aut qui viarum distinguunt spatia, quales esse etiam apud Hebræos, sicut apud Romanos, diximus ad illud Actor. cap. 1: *Sabbati habens iter*.

VERS. 20. — ET EGO TRES SAGITTAS MITTAM. Quia timebat Jonathas, non forté solus non posset in locum prodire, ubi latebat David, atque ideó, ne qua permanceret ad patrem, ejus offensio-nem et iram timebat, sibi cum Davide aliquid esse pactum, signum constituit, quo Sathis animam posset cognoscere absens David, etiamsi multi simul cum Jonathá egredierentur in agrum. Illud autem fuit, aut sagitte jactus, aut de sagitta referendá ad puerum Jonathæ vox. Si enim ad puerum diceret, citra ipsum esse sagittam, signum esse placati Sathis animi, et mitius ab eodem Davide cogitatis, si veró esse ultra puerum, nihil esse boni sperandum à Sathé, atque ideó statim alió commigrandum, Cætera aperta sunt (1).

VERS. 26. — COCITABAT ENIM, QUOD FORTE EVENISSET EI, UT NON ESSET MUNDUS, NEC PURIFICATUS. In ipsís calendis neque quæsiuit Sath, neque questus est de David, quòd non interfuisset convivio, quia suspicatus est aliquid intervenisse causæ, cur ille sanetè ad illud epulum accedere non posset. Illo etenim die oblationes fiebant luctulentæ et plerimæ, ad quas non nisi mundi assidere poterant, ut constat Numer. cap. 28, v. 11, et cap. 10, v.

(1) VERS. 22. — ECCE SAGITTE INTRA TE SUNT. Ibi se constituisse Davidem necesse est, ubi verba Jonathæ audire posset. Convitium autem fuerat inter eos, ut si Jonathas mandaret puero suo, ad colligendas emissas sagittas eunt: *Sagittæ intra te sunt, tolle eas*, eo indicio intelligeret David, reditum sibi tutum esse: si veró puerum moneret: *Sagittæ ultra te sunt*, tunc fugá salutis sue consuleret David; regem enim exitum ejus sustinisse.

VERS. 24. — ABSCONDITUS EST DAVID IN AGRO. Si ab eá die ibi delitavit, mendacii arguendus est Jonathas, asserens Davidem petisse Bethlehem. Sed forté tertii die latebat in agro quæsiuit David: postquam precedentibus diebus substitit in Bethlehem.

VERS. 25. — SUPER CATHEDRAM SUAM, QUE ERAT JUXTA PARIETEM. Is erat locus dignissimus.

SURREXIT JONATHAS, sive honoris gratiá, veniente rege; sive tantum ut locum ingrediendi faceret. Verám postea assedit mensa: nū colligitur ex v. 34. Septuaginta: *Provenit ipse Jonathas, et sedit Abner à latere Sath. Legit Arabs, Jonathan sedisse ad dexteram regis; et Abnerum ad sinistram. Rex discumbelat in capite, succedebat Jonathas secundus, Abner tertius. Quare germanus est lecto Septuaginta, ferens, regem processisse Jonathanem.*

(Calmet.)

10, ubi de epulo è sacrificiis nonnihil. Et quia hoc frequens, et fortassé legitimum erat in Israel, ideó hanc timori suo ac fugæ causam prætextit David, quòd eo die calendarum victimæ essent in Bethlehem, et ibi sine dubio cognatorum epulum, ad quod ipse esset invitatus à fratribus. Nemo autem immundus ad sacras illas epulas accedere poterat, nisi prius foret expiatus. Cùm autem maculæ, quæ à sacrá mensa removeant, plurimæ sint, ab illarum aliquâ putabat Sath Davidem esse pollutum.

VERS. 27. — CUI NON VENIT FILIUS ISAI? Illo-rum, à quibus animo dissidemus hostili, nomen audire recusamus, sicut etiam imaginem: nam et nomen elligies quædam hominis est, atque ideó nomen potius alienis notis, ut vocibus circumscribimus, quàm proprium assumimus. Quod tunc præsertim fit, cùm in parentibus atque cognatis aliquid videmus hæsisse indecorum et turpe. Hoc passim apud profanos audimus; sed neque apud sacros exempla desunt. Duo habemus in hoc capite; alterum est hoc, in quo nunc explicando versamur, ubi pro Davide, in quo nihil inveniebatur humile ac mediocre, cùm vir esset tot victoriis illustris, et constitutus in acie chiliarchus, patris illius adhibetur nomen, quò vitium egerat, quasi unus è populari turba, rusticum, pastorilium, et in quâ nihil agnoscebat eximium; alterum in Jonathá, cui pater cùm nihil objicere posset ignobile, nisi seipsum turpitudinis vellet arguere, maternus objicit sordes, et non illum Jonatham, sed filium appellat *mulieris ultrò rapiantis virum*. Juxta hanc consuetudinem propheta dicuntur filii hominum; et Jerusalem Michææ cap. 8, v. 1, *latronis appellatur filia* (1).

VERS. 30. — FILII MULIERIS VIRUM ULTRÒ RAPIENTIS (2). Ut proximè ignominia: causá voca-

(1) VERS. 28. — ROGAVIT NE OBVIARE UT IRET IN BETHLEHEM. Mentitur Jonathas, sed officiosè, putans id sibi licere ad excusandum Davidem amicum suum. (Corn. à Lap.)

VERS. 29. — SACRIFICIUM SOLEMNE. Hebræus: *Sacrificium familie, vel cognationis*. Sacrificium erat totius familie, cui necesse erat omnes è familiâ interesse. (Calmet.)

(2) Filii mulieris prostituta. Hebræus: *Filii perversee rebellionis*; filii rebellis et in patrem tum perduellis. Septuaginta: *Filii peccatorum deserticium*, seu potius, filii impudentium illarum feminarum, quæ ultrò viros quæruunt. Congruit id cum interpretatione Vulgatæ. Cave tamen hoc accipias à Sathé dictum de matre Jonathæ. Convitium est patris in filium irati.

(Calmet.)

Sath dicit à Jonathas: Est-ce que j'ignore que vous aimez le fils d'Isai à votre honte? On ne

vit Davidem *filium Isai*, sic modò Jonatham vocat *filium mulieris ultrò rapiantis virum*; quæ descriptio est femine meretricis et vage, quæ viros appetit, et illos ad prostituti corporis commercium invitat. Quo significat, à sordibus maternis ipsi aliquid adhæsisse sordidum, et maternum potius in suis moribus expressisse, quàm paternum. Aut certè indicat, non se illum habere filiorum loco, sed ab aliquo nebulo-nè et diabolari homunculo ex adulterâ matre fuisse susceptum, et appellari debere, non Sathis, sed terræ filium; cùm ille, qui ex meretrico nascitur, et eâ meretrice, quæ viros appetit, ut profundam exsaturet libidinem, non possit certum agnoscere parentem. Hic communis est, et, ut arbitror, germanus sensus. Alii aliter transferunt, nempo *mulieris rebellis*, contumacis, transfugæ. Sed omnia hæc licet voce diversa, in eundem tamen sensum medicò discrimine consentiunt.

DILIGIS FILIUM ISAI IN CONFUSIONEM TUEM, ET IN CONFUSIONEM IGNOMINIOSÆ MATRIS TUE. Suspiciof Saulem, ut illa ferebat ætas, plures habuisse uxores, et plures item filios è diversis. Sanè è Respha concubina duos à Saule susceptos esse filios habemus lib. 2 Reg. cap. 21, v. 8. Certum porrò est, matrem illam existimari gloriosam, ejus filio regium, aut aliud quodque nomen illustre contigerit. Quod ostendit Salomonis regnum, quod tanto studio quæsiuit mater Bersabee; unde illa quoque magnum idem nomen consecuta est. Exemplum habemus in profanis illustre, apud Tacitum, lib. 14 Annal., ubi cùm Agrippina Nerónis mater à Chaldæis accepisset, miserè sibi perendum, non aliâ quàm Neronis operâ, si

peut s'empêcher d'admirer dans Jonathas just-qu'od va la parfaite amitié. Il souffre de tomber dans la disgrâce tout ensemble de son père et de son roi. Il entend les derniers outrages qu'il lui dit devant un grand nombre de personnes les plus considérables du royaume. Dependat cela ne l'empêche pas de parler encore pour son ami, et de le justifier devant un prince à qui la colère ôta la raison. Et lorsque toutes ses paroles sont inutiles et ses remontrances sans effet, il est percé d'une vraie douleur. Il passe les jours et les nuits sans manger, à cause du malheureux état de David. Il croit que les affronts qu'il reçoit pour une si juste cause l'honorent au lieu de le déshonorer; et détachant sa pensée du temps présent, où les hommes sont toujours pour les plus forts, il ne doute point qu'à l'avenir on ne lui fasse justice, et que ce ne lui soit une plus grande gloire d'avoir été ami de David dans son malheur, que fils de Saül parmi tout l'état et toute la puissance qui l'environne. (Sacy.)

Nero filius imperio potiretur, respondit, non esse sibi ullam aut censervandæ vitæ, aut mortis declinandæ curam, dummodò filium imperatorum saluaret. Quare dùm Saül Jonathæ et illius matri, Davide sospite, ignominiam denuntiat, significat, nunquàm ad illum venturum esse regnum, et ipsius matrem eo honore, qui à filio rege provenit, carituram, cùm casurus sit è regno primogenitus Jonathas, et alius ex aliâ sive uxore, sive pellice filius in regnum successurus, quod majori matri futurum est dolori atque ignominia (1).

VERS. 34. — SURREXIT ERGO JONATHAS A MENSA IN IRA FERENS (2). Cùm eò patris iram progressam videret Jonathas, ut in filium quoque, quia Davidis causam usque adeò modeste tueretur, hastam conjiceret, desperatâ jam re, et ipse quoque irâ successus gravi, erupit è convivio jejunus, ut quod antea promiserat, de rerum statu Davidem admoneret. Egressus est igitur in agrum altero die à calendis, in quo conficere ambulando poterat spatium supra sabbatinum, et ad unum promissa complevit; que ego nunc explicare supersedeo, quia obscura non sunt. Illud, *in ira furoris*, ex Hebræorum diomate epitasim habet, et iram significat *ingentem*. Plerum enim Hebræi genitativo ejusdem significationis vocabulo, sive in eodem, sive in diverso casu, magnum aliquid in quocumque genere significare. Sic Genes. 2, Adam formatus esse dicitur *de limo terre*; id est, de limo purissimo. Psal. 59, ubi Vulgatus

(1) VERS. 31. — FILIUS MORTIS EST; decreta est viri mors. In eundem sensum usurpari potest filius gehennæ, furoris, luminis, tenebrarum, Bellal, fortitudinis, perditionis, diffidentia; adoptionis, incredulitatis, promissionis, carnis, obedientia. Totum autem Davidis crimen illud erat, quod virtute et famâ nominis excelleret. (Calmet.)

FILIUS MORTIS EST, id est, reus mortis est, dignus est morte, idèquæ à me morti destinatus.

Allegor. Angelomus: « David, inquit, absconditus in agro est; Christus cælitus. *In mundo*, inquit Joannes, erat, et mandata eum non cognovit. Juxta lapidem sedebat, quia in tabulis legis scriptus erat. Eum Saül odit, et habens et inter epulas sedens filium mortis judicabat: et Judicia plebs, in Pascha epulans convivans, de nec Christi tractabat. » (Corn. à Lap.)

(2) Eo quòd confudisset eum pater suus. Refert hæc verba in Hebræo possunt æquè ad Davidem atque ad Jonathanem. Inquit contumelia utramque Sath affecerat, Davidem arguens conditionis in regem suum, Jonathanem verò filium prostituta appellans, septuaginta: *Quoniam mater eius staterat illum consummare.* (Calmet.)

habet, de luto facis, hebraicè de luto cani, id est, copioso. Quo sensu in Psalmorum titulis sæpè ponitur *canticum psalmi*, et *psalmus cantici*; quo, ut benè Genebrardus in titulo Psal. 107, præstantia talis psalmi significetur. Sic nunc *ira furoris*, iram indicat gravem (1).

VERS. 41. — (2) ET CADENS PRONUS IN TERRAM ADORAVIT TERTIO. *Adorare* non significat id quod Latini familiariter eo verbo significant, sed tantum reverentiam quam homines his præstare solent, in quibus aliquid excellere arbitrantur; quæ observantia plerumque fit inclinato corpore. Et idèo millies audis in Scripturâ aliquos in terram cadentes adorasse. Fecit hoc autem tertio David, quia multa habuit que in Jonathâ laudaret amaretque, seu dignitatis ornamenta, seu charitatis officia. Nam primum filius erat regis, quo nomine aliquod illi debebat et agnoscebat obsequium. Deinde vir erat qui licet à parente rege nihil accepisset, à se tamen ipso habebat multa, quæ ipsi apud omnes observantiam conciliarent et gratiam. Accedebat, quòd pro ipsius vitâ apud patrem toties laboraverat; et quòd eodem summo manè ad ipsum advolârit. Eas igitur ob res pronus in terram adoravit tertio, ut gratum se et observantem ostenderet. Nam licet amicitia pares faciat, quos impares invenit, tamen multa à Jonathâ beneficia accepta, nulla retulerat; vel quia pro suâ tenuitate non poterat, vel quia nulla se catenâ obtulit occasio. Quare causas invenit vir beneficiorum non immemor, ut pronus se tertio in terram abjiceret, et largè de se meritum Jonatham adoraret.

(1) VERS. 37. — ECCE IBI EST SAGITTA PORRO ULTRA TE. Revocandum est in mentem signum, de quo inter ipsos convenerat, utrum Davidi figendum esset: id enim indicandum fuerat verbis illis: *Sagitta ultra te sunt: vade in pace*. Cùm igitur venisset Jonathas ad agrum, ubi latebat David, emisit statim sagittam, admonuitque puerum, ut emissam quæreret; cùm autem puer non longè esset ab illâ, clamavit: *Sagitta ultra te est*; quo indicio, juxta conditum à amico admonuit. Auctor Vulgatæ censuit, duo jacula emissa fuisse; at unum tantummodo agnoscent, vel saltem indefinitè loquuntur, alteram ab alterâ non distinguentes, Hebræus, Chaldæus et Septuaginta.

(2) DE LOCO QUI VEREBAT AD ASTRUM. Unum et eundem esse locum censuit Chaldæus ac illum, qui in Hebræo v. 19 *Ezel* appellatur. Reddit ille: *Surrexit de latere petra Ætha* (ipsa est *Ezel*) *quæ è regione austri*. Hebræus ad litteram: *Surrexit ex Ezel Austri*. Nomen quidem *Ezel* hic aliter scribitur, quàm in v. 19; sed discrimen est minimum; constat autem convenisse inter eos, ut David lateret in *Ezel*. (Calmet.)

ET OSCILANTES SE ALTERUTRUM, FLEVERUNT PATRITER; DAVID AUTEM ANPLIUS. *Osculum* superioribus seculis tum apud nationes alias, tum apud Hebræos maximè familiare fuit et primum benevolentie signum, quod libabant alterutrum amici, aut cùm se primum exciperent, aut cùm aliter distraheretur ab altero. Quare id fecerunt duo hi amici maximi, quod ferebat patria consuetudo: addiderunt autem lacrymas, quas non præscripsit consuetudo, sed expressit dolor. Cùm verò utrinque lacrymarum abundè profusum esset, abundantius tamen flevisse dicitur David, quia plures erant illi dolendi cause. Nam primum videbat, cum rege aequè potente ac furioso, et sui sanguinis sientissimo, futurum esse certamen, neque sibi tutum fore in Israeliticis finibus, qui Sauti parebant, commorari. Videbat sibi deserendam esse patriam atque cognatos, et ad externas regiones, ad quas non pertineret Sautis imperium, esse transmigrandum, à quibus etiam timere posset, cùm illas, aut illarum aliquas ducis non semel plagis confecisset. Timebat præterea, ne quid suâ causâ, licet nullâ suâ culpâ paterentur fratres et sorores, et pater Isai extremâ jam senectute confectus, cui sciebat, quidquid foret reliquum ætatis, non futurum à metu atque dolore vacuum. Videbat præterea viam illam, quam necessariò sibi suscipiendam putabat, eò tendere, ut quasi ab Israelitico genere separatus, cum gentibus viveret, et in specie vitam crederetur agere gentilicam. Hæc omnia religiosum virum et amantem patriæ sic afflicebant, ut non potuerit in ipso à patriâ et Jonathâ discessu continere lacrymas.

VERS. 42. — DIXIT ERGO JONATHAS AD DAVID: VADE IN PACE. Timebat Jonathas, ne exorto jam die, ab aliquo deprehenderetur David, qui de illius fugâ Sauti nuntiaret; atque idèo urget Davidem, ut statim ex eo loco ab omnium oculis aliquè se corripiat; precatus tamen illi pacem, id est, bonam fortunam et successum ex voto.

QUÆCUMQUE JURAVIMUS AMBO IN NOMINE DOMINI, etc. Petit Jonathas à Davide pacis ut meminerit, quod sempiternum jam ante esse voluerunt, tum inter se, dum viverent, tum inter ipsorum posteros; quod pactum juramento firmatum esse dicit. Hoc pactum initum esse puto in hoc capite, licet nulla in eo verba juratoria Davidis audiamus; sed est verisimile, in Jonathæ verba Davidem quoque jurasse; nempe jurasse, facturum se, quod in sum ge-

nus Jonathas à Davide fieri voluisset. Illud satis indicat, quod dicitur v. 16: *Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David*. In fœdere autem utrinque promissum, utrinque juramentum præstatum.

Illud hic observandum, hanc clausulam imperfectam et suspensam videri. Quod idèo factum existimo, ut ostendatur, quàm fuerit in ipso discessu Jonathæ animus aegrè commotus, qui singulanti pectore non potuerit inchoatum absolvere sermonem. Quod in quocumque affectu, ubi paululum fuerit concitatus, non in profanis solum, sed etiam in sacris scriptoribus reperimus. Quare ad turbidos, seu aegros, aut subitos affectus exprimendos, inventa est à rhetoribus illa figura, quæ à Græcis ἀποσπασμός, à Latinis *reticentia* vocatur. Unde sæpè audimus: *Dii vestram fidem*, et similia. Est optimum exemplum apud Ovidium epist. 13, Lao-

CAPUT XXI.

1. Venit autem David in Nobæ ad Achimelech sacerdotem. Et obstupuit Achimelech eò quòd venisset David, et dixit ei: Quare tu solus, et nullus est tecum?

2. Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem et dixit: Nemo sciat rem propter quam misus es à me, et cujusmodi præcepta tibi dederim; nam et pueri condixi in illum et illum locum

3. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris.

4. Et respondens sacerdos ad David ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum; si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus?

5. Et respondit David sacerdoti, et dixit ei: Equidem si de mulieribus agitur, continuus nos ab heri et nudis tertius, quando egrediebamur, et fuerunt vasa puerorum sancta. Porro via hæc polluta est, sed et ipsa hodiè sanctificabitur in vasis.

6. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem; neque enim erat ibi panis nisi tantum panes propositionis qui sublatis fuerant à facie Domini ut ponerentur panes calidi.

damie, ubi cùm à Protesilai amplexu divelleretur, ait præ dolore non potuisse inchoatum orationem absolvere:

*Solor ab amplexu, Protesilae, tuo,
Linguæque mandatis verba imperfecta reliquit;
Vix illud potui dicere triste: Vale.*

Eodem modo discedens Jonathas imperfecta Davidi mandata dedit; quia vis illi doloris intercluso spiritu loquendi facultatem ademit. Hujusmodi sunt frequentes ille locutiones: *Si David mentiar; si introibunt in requiem meam; si dederò sonnam oculis meis*, et similia. His affine est in admiratione illud Psal. 22, v. 8: *Calix meus inebrians*: nam illud, quod sequitur, *quàm præclarus est*, non est in Hebræo; sed claritatis gratiâ additum est ab interprete. Tale est, quod Christus fletus Lucæ 19, v. 42, dixit de Jerusalem: *Si cognovisses et tu.*

CHAPITRE XXI.

1. Après cela David alla à Nobé, où était le tabernacle, vers le grand-prêtre Achimelech. Achimelech (nommé aussi Abiathar) fut surpris de sa venue, et lui dit: D'où vient que vous venez seul, et qu'il n'y a personne avec vous?

2. David lui répondit: Le roi m'a donné un ordre, et m'a dit: Que personne ne sache pourquoi je suis envoie, ni ce que je vous ai commandé. J'ai même donné rendez-vous à mes gens en tel et tel lieu.

3. Si donc vous avez quelque chose à manger, quand ce ne serait que cinq pains ou quoi que ce soit, donnez-le moi, car nous en avons grand besoin.

4. Le grand-prêtre lui répondit: Je n'ai point ici de pain pour le peuple; je n'ai que du pain qui est saint et réservé aux prêtres; cependant je vous en donnerai, pourvu que vos gens soient purs, particulièrement par rapport aux femmes.

5. David répondit au grand-prêtre, et lui dit: Pour ce qui regarde les femmes, depuis hier et avant-hier que nous sommes partis, nous ne nous en sommes point approchés, et nous étions tous aussi étiés purs. Il est vrai qu'il y est arrivé quelque impureté légale en chemin; mais ils en seront aujourd'hui purifiés avant qu'ils mangent les pains que vous nous donnerez.

6. Le grand-prêtre lui donna donc du pain sanctifié, car il n'y en avait point là d'autre que les pains de proposition qui avaient été ôtés de la présence du Seigneur, pour y mettre des pains chauds.